

admitte querimoniam meam, et ex tua proximis
e rerum cœlestium instrue, os ergo eius non habi,
contradicere, aut resistere neque
tur in conspectum tuum suppli-
cantes tuis perueniat libera
m recipisti, ab omni periculoq
is, salutem serua, & in columen.

III. III.

Muuctabunt labia mea
Inquieris me iustificatione su-
onunciat Lingua ira-
prium : quia omnia illas.

Acti animi promissio, ut pro-
prium nonne Domine, & verbi
in explicabria quod
ita se n-
me erit: non erit certe ullum tuum
meritum, nisi diceret iusticias Dei, & didicerit ab ipso
eo suo. Amb. of us.

V. Quo ardore animi, que est fides, & circumstantia
præterto, omnem spem meam, præsidiumque in tuo ver-
nens. Non dum cum ruga calo sidera fulgens aurora fu-
ctulum relinquo, ut mediter verbum tuum: de quo tuis in
ad curae mee commissos sermones habeam.

III. III.

Praueni in immaturitate &
maui: quia in verba tua superispera
Prætenerent oculi mei ad te-

culo, ut meditarer eloquia tua.

Quo ardore animi, que est fides, & circumstantia
præterto, omnem spem meam, præsidiumque in tuo ver-

nens. Non dum cum ruga calo sidera fulgens aurora fu-
ctulum relinquo, ut mediter verbum tuum: de quo tuis in

V. Vocem meam audi secundum
sericordiam tuam Domine: & secun-
dum iudicium tuum viuifica me

Cuius fiducia orandum, non videlicet ullius vi-
meriti, quod ab opibus nostris naturæ profici potest.
tum misericordie, & clem-
ta peccata, inquit Amb. eu-
im plorantis tuam non obice
tam mihi hanc pluviam inibi
s. anno ex hominibus

VI. VII.

lat manus tua ut saluet me: quo-

que ac omnia
nanda tua elegi.

et in
incudini salutare tuum. Domi-

IX. **S**uper saecula saecula in-
firmitatem

X. **S**uper saecula saecula in-
firmitatem

XI. **S**uper saecula saecula in-
firmitatem

G.M.
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
PT-46.
SIGNAT. *clo 15 CCCXIII.*

15g.

II.

89

C A P I T A

Ostendentia discrimen doctrinæ veræ
& falsæ Ecclesiæ.

D E S A C R A S C R I P T V R A
E I V S Q V E A V T O-
R I T A T E.

Proposita in disputationem publicam

A'

Z A C H A R I A S C H I L T E R O
S. Theologiæ Doctore & Professore.

In inclita Academia Lipsensi.

Ad diem Mensis Augusti XVI.

Anno nati CHRISTI M. D. LXXXVIII.



L I P S I A E,

Excudebat Abraham Lamberg.

90.

CAPITA DE SACRA SCRIPTVRA. 91.

I.

 **V**E M A D M O D V M V E R A E C C L E-
sia in alijs doctrinae Christianae partibus: ita in pricipio
summoq; capite **D E V E R B O D E I S C R I P T O , S E V**
D E S C R I P T V R A S A C R A , multiplici, eog; ingenti
& admodum evidenti discrimine dissidet ab Ecclesia Ro-
mana.

II. Primum enim religio Christiana ecclesiam ad solam scri- **I. Gradus**
pturam Deoπνευσομ, eamq; illustribus testimonis miraculorum confir- της αύτιθέ-
matam docendam descendamq; obligat, non ad traditiones Apostolorum σεως.
non scriptas, sine dogmatum, sine rituum, in quibus libertatem ecclesia
concedit recipiendi retinendiq; eas, quæ rāis γραφαῖς σύνθεσοι sunt,
secundum Irenæum, citante Eusebio lib. 5. c. 20. reiectis & repudiatis
is, quæ scripture testimonio carent, quemadmodum & necessitatem
ecclesia imponit fugiendi omnia dogmata & cultus scripture expresse
contrarios, sine humana sine angelica autoritate commendatos, secun-
dum dicta: *Ad legem & ad testimonium. Scrutamini scripturas. Po-*
sui verba mea in ore tuo, &c. Esa. 51. & 59. Quibus nec addas nec a-
dimas quicquam, Deuter. 4. & 12. Proverb. 30. Apocal. vlt. Extructi
estis super fundamentum Prophetarum, &c. Ephes. 2. Si angelus de
cælo alind præter id (non tantum contra) quod prædicatum est, Euangeliū
docuerit, anathema sit, Gal. 1. Non arte compositas fabulas affe-
rimus, sed habemus firmiorem sermonem Propheticum, &c. 2. Pet. 1.

III. Atq; hoc modo Christus ipse ecclesiam à traditionibus ma-
iorum non scriptis ad scripturam passim renocat, Matth. 5. 6. 15. 23. 28.
Mar. 7. Luc. 11. & 18. easq; quod genuinam legis & Prophetarum senten-
tiam corruptant, fermentum Phariseorum appellat, Matth. 16.

IV. Similiter Paulus cum Petro hortatur eandem ad tuen-
dam in professione & exercitijs fidei Christianæ libertatem Euangelijs,
restitutam per Christum, excuso iugo seruitutis traditionum humana-

rum quacunq^z specie fucatarum, Gal. 5. Coloss. 2. & male valere iussa
vanitate τῆς πατρόπαραδότες ἀναστοφῆς 1. Pet. 1. Et Paulus seipsum
facetur Ecclesia non Pastorem, sed depastorem & depopulatorem egisse,
περισσότερως ζηλωτὴν ὑπάρχοντα τὸν πατριῶν παραδόσεων Gal. 1.

V. Quo periret quod Lucas restatur, Apostolum in doctrina
Ecclesiae canonem scripturae ubiq^z constanter conseruasse, nihil aliud do-
cendo, quam quod predixerunt Prophetæ Actor. 26. & vlt. Spretis a-
liorum doctorum commentis, quemadmodum Apostolus ipse quog^z in ri-
tibus Ecclesiae, ordinandis, ductum traditionis Dominicæ religioso studio
secutum se esse affirmat, Ego à Domino, inquiens, accepi, quod & tradi-
di vobis, 1. Cor. 11. Et si quid præterea constituendum fuit, ad discipli-
nam ecclesiasticam necessarium, in eo τῆς εἰκαστομῆς, οὐταχίς νῷοι
χρησιμόν rationem accuratam se habuisse, 1. Cor. 14. Salua libertate
Christianæ, Gal. 5. Coloss. 2. Rom. 14. 1. Cor. 8.

VI. E contrario verò à pietate Christianæ alienissimum est, quod
Ecclesia Romana & eiusdem aſſeclæ, præſertim commenticæ societati
Linda, lib. 1. Iesu addiſti, palam profitentur, duplex esse verbum DEI, ἔγγειον
τῶν λόγων καὶ ἄγραφου, utrumq^z partim dogmaticum, partim rituale, & pari
c. 20. 21. 22. pietate & fide amplectendum, & quidem traditiones, Apostolorum no-
23. 24. Item lib. 3. c. 5. & in mine Ecclesiae commendatas à maioribus, inter quas reuera tamen mul-
eiudem libri tæ sunt ψαλτοσολικη̄, tanquam eiusdem per ſemetipsas non modo
argumento. cum ſcriptura autoritatis, ſed planiōres etiā plenioresq^z ipsa ſcriptura,
pari pietatis affelli & reverentia cum ſcriptura recipiendas, ſecun-
dum decretum Sess. IIII. Synodi Tridentinæ, vna cum conciliorum
decretis & Canonibus, veteris Ecclesiae præſertim Romanæ consuetudi-
ne, sanctorum Patrum placitis, Pontificum edictis & id genus alijs fan-
ctionibus humanis sanctè obſeruandis, licet ſcriptura S. testimonij deſti-
tutis, ſecundum eiusdem Synodi impiam definitionem, & patronorum e-
iusdem interpretationem ſatis proteruam, quorum ductum ſequitur to-
ta factio Iefuitica, qua ut nobis proprie loco ſcripturariorum & Biblio-
istarum nomen tribuit, ita traditionariorum & τὸν πατρολόγων potius
quam θεολόγων, titulo eſt dignissima.

VII. Quod

VII. Quod si concedatur sane, esse aliquas traditiones Apostoliae 93.
cas non scriptas, quia tamen, quae sunt verè Apostolicae, qua minus, adhuc
incertum est, nihil autem certius, quam vocem Spiritus sancti eiusdem
stilo nequaquam contradicere, sed ὁμοφωνη esse: Ideo traditiones
non scriptæ & ἀγραφæ omnia, non ad fullacem Parum & Concilio-
rum, &c. stateram, sed ad exactissimam sacræ scripturæ libram & tru-
tinam accuratè examinanda & pensanda sunt, diligenterq; cœendum,
ne vobis ἀγένεντα, maximè verbo scripto repugnantia, pro veris & genuinis
recipiantur, præsertim cum Apostolus fateatur, se & alios adhuc viuis
Apostolis, passim Φρεγανάτας & ματαιολόγια quosdam sua ipsorum
somnia & figmenta Ecclesiæ pro traditionibus Apostolicis falso obtru-
ssisse, Coloss. 2. Tit. 1. 1. Tim. 1. (id quod Eusebius declarat exemplo Papie,
fucoso traditionum Apostolicarum praetextu in errorem τὰ χιλιασῶν
inducti, lib. 3. c. 39.) Idemq; præmoneat Thessalonicenses, ne turbari se
patientur vel per Spiritum, vel per Sermonem vel per Epistolam, tan-
quam se vel alijs Apostolis autoribus editam, 2. Thess. 2.

VIII. Quemadmodum Irenæus & Tertullianus quoq; cum Au-
gustino hoc omnibus hæreticis familiare & in usu fuisse, sua quoq; atate,
Apostolorum licet admodum vicina, testantur, ut cum scriptura ur-
gerentur ad fictitias traditiones configurerent. Sed non est nobis proposi-
tum totam de traditionibus doctrinam hic referre iustaq; tractatione
persequi.

IX. Diligenter etiam monendi sunt iuniores, τὰ ἀγραφα, cuius-
modi sunt probata symbola, Canones conciliorum vetustiorū et id genus
alia scriptura σύμφωνæ, qua veterib. ὅροι, ἡμέτεροι οὐκ εἰπούμενοι τῆς
τιστῶν appellata, & hæreticis potissimum opposita fuerunt, item ritus
Ecclesiæ utiles & similia πνεύμων quidem in scriptura μὴ λεγόμενα, sed
inde tamen eruta & extructa & à pia vetustate magnis praœconijs or-
nata, retinere & amplecti ecclesiam, non propter se met ipsa, nec eadem
cum scriptura autoritate, multò minus ut veritatis Evangelica legitimi-
tæ, sed propter scripturæ consensum, ita ut per se nullam, propter vero
scripturam Canoniam solam, omnem quam habent, autoritatem obti-

94. sciant. Atq; in hanc sententiam tā ἄγεαΦα scriptura consentanea ab ἑγγράΦοις rectissime distinguit D. Augustinus, scribens, illa cum indicandi libertate, hæc vero cum credendi necessitate legi & recipi ab Ecclesia, eò quod quanquam in illis eadem inueniatur veritas, longè tamen impar & inferior illorum sit autoritas, sacratissima scil. scripturarum excellentia nullo modo equiparanda, contra Faustum Manichaum lib. II. c. 5.

X. Et hæc quidem præcipua causa fuit, que Prophetas & Apostolos impulit, ut non modo vinae voci scriptorum monumenta adiungerent, sed etiam eadē, quæ prius vina voce tradiderant, & non aliena, (ad argumentum & summam doctrinæ, eiusdemq; necessariam declarationem quod attinet) & quidem si non omnia, certè, ut Augustini & Cyrilli verbis utamur, saluti hominum sufficientia literis consignarent, studium nimirum τῆς πληροφορίας (Coloss. 2.) ἀσφαλείας (Acto. I. Philipp. 3.) σημειώσεως (2 Pet. 3.) item βεβαιώσεως (Ebr. 2.) fidei seu doctrinæ vocis ministerio traditæ, ne scil. Ecclesia, vel Philosophorum & Poëtarum, vel Iudeorum, Thalmudistarum scil. & Cabalistarum, de rebus diuinis & cœlestibus, sparsis fabulamentis vanissimis, vel fucosa specie Pseudoapostolicarum traditionum non scriptarum, seducta & decepta, à norma veritatis cœlestis declinando, à via salutis aeternæ aberraret, quemadmodum hæc causa additæ scriptura expresse afferitur ab ipsis Apostolis, Acto. 15.

XI. Quo cum pulcrè consentiunt scriptores ecclesiastici, presertim Irenaeus scribens lib. 3. c. 1. Apostolos, Euangelium quod primum predicauerunt id postea per Dei voluntatem in scripturis nobis tradisse fundamentum & columnam fidei nostra futurum. Et Nicephorus lib. 2. c. 34. de Paulo: Quæ præsens oratione sua dilucide docuerat, eadem per compendium absens per epistolas auditoribus in memoriam resocauit, ita ut ea quoq; quæ secretioris mysterij magisq; abstrusa antea silentio praterierat postea per sacra scripta sua aut grandioris sapientia verbis accurate & dilucide declarauerit.

Quo

Quod referatur & causaliteris mandati Euangeli à Mattheo & 95.
Luca, exposita ab Eusebio lib. 3. histor. Eccles. 24. Et id genus alio-

XII. Ex quo, luce meridiana clarius apparet, scripta Prophetica & Apostolica nequaquam tantum παραδίπτομενα, quemadmodum aulae Romanae adulatores impudentissime nugantur, sed multò magis τῶν παραδόσεων viua vocis ὑπουργήματα & primorum fides elementorum ἐξηγήσει pliores ubi res j̄ est, teste Petro, scripturam noui Testamenti επάμυνσιν τὸν φρεγμάτων ὥματων ὑπὸ τὸν ἀγίων προφητῶν καὶ τῆς τὸν αποσόλων ἐντολῆς appellante, 1. Pet. 5. 2. Pet. 1. & 3. & Paulo Rom. 1. & 15. Sunt autem ἐντολae apostolica nihil aliud ferè, quam dogmata, Matth. vlt. Acto. 16. Idem est indicium de doctrina scriptae supplemento, ab Apostolis viua voce facto, 1. Thess. 3. Iohannis epistola 2. & 3. teste Augustino in Iohannem tractatu 98.

XIII. Debetur autem soli scripturæ sacrae in Ecclesia dominium οὐκ τὸν αὐτὸν ἐφα, partim propter perfectionem, partim propter certitudinem, partim propter perspicuitatem, partim propter efficaciam diuinam.

XIV. Primum propter perfectionem, quia Scriptura sacra II. Gradus sola doctrina perfecta, solida et omnibus numeris absoluta est, seu αὐτοτε- discriminis. λῆς, continens oneraria tam ad fidem & salutem, quam ad vitam Christi- anam scitu necessaria, hoc est, tam dogmata, quam vitæ præcepta, ita ut quicquid sacra Scriptura testimonio destituitur, ad salutem nequaquam sit necessarium, quantolibet sapientia & sanctitatis splendore coram mundo fulgeat, secundum dicta: Omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis, Iohan. 15. Nihil occultaui τὸν συμφερόντων. &c. Item: Non subterfugi, quod minus annunciarim vobis Omne Consilium Dei, Acto. 20. Item sacra litera possunt te eruditum reddere ad salutem, per fidem, &c. Item ut sit integer (ἄρτιος) Dei homo, ad omne opus bonum perfe-ctè instructus (ἐξηγητισμένος) 2. Tim. 3. Item, Hac scripta sunt, ut cre- datis, & credentes vitam habeatis, &c. Ioh. 20.

XV. Quod si Scriptura sacra in condendis articulis fidei εἰπιδι-ατραγὰς (Gal. 3.) sensu supplementa reciperet, non modo fidei fundamen-

DIUINUS

96. sum proprium & Petra omnibus portis inferorum immota, Euangeli-
um scil. de Christo labefactaretur, sed etiam Spiritus sanctus Scripturae
autor sapientiae imperfectae argueretur, quasi qui scit hominib. ad salu-
tem necessaria non praeuiderit omnia, vel inuidiae seu infidelitatis erga
genus humanum, cui patefacere omnia ille noluerit, accusarentur Pro-
phetæ & Apostoli illuminationis per Spiritum sanctum imperfectæ, 2.
Pet. 1. Stabiliretur impium procerum ecclesiae in fidem & conscienti-
am piorum dominium, damnatum à Paulo 2. Cor. 1. non dominamur
vobis fidei nomine & Gal. 2. Item à Petro, 1. Pet. 5. Deniq; Ecclesia uni-
uersa in praesentissimum discrimen falsorum dogmatum pro veris sibi
obtrudendorum, ab Episcopis donis Spiritus sancti non usq; adeò pra-
stantibus, adduceretur, quibus omnibus nihil absurdius, nihil pernicio-
sus, nihil in Spiritum sanctum contumeliosius.

XVI. Procul igitur hinc faceant, ad inferos usq; amandande,
plena impietatis & contumelie diabolicae voces eorundem calumniato-
rum & episcopatw Pontificiorum, scripturam insufficiente & muta-
tionis, traditionum scil. assumpto necessario sarcendi nominibus pa-
lam traducentium pessimeq; deformantium, ut quæ non contineat o-
mnia vel ad fidem, vel vitam recte instituendam necessaria, ad quem
velut scopum communem, omnes traditionariorum disputationes potis-
simum collineant.

III. Et IIII. XVII. Propter certitudinem vero & perspicuitatem sola sibi
discrimen. Scriptura sacra dominum in fidem & vitam Christianam vendicat,
quia tam vita, quam fidei Christianæ regula & norma est, non minus
dilucida & perspicua, quam firma & immota, ac propter Deum auto-
rem plane ævaritippt & uigilæxiōnis, imo autōtis.

XVIII. Dilucida, quia lumen seu lux illuminans oculos, Psal.
19. lucerna sedentium in loco caliginoso, imo in tenebris & in umbra
mortis, Psal. 119. Esa. 9. 60. Luc. 1. 2. Pet. 1. Deuter. 30. Rom. 10. E-
loquia Domini, eloquia pura seu illustria, instar argenti puri putiq;
&c. Psal. 12.

XIX. Kayw immotus Psal. 19. Rom. 10. Gal. 6. 2. Cor. 10.
Philipp.

Philipp. 3. Hinc Apostolus inter fructus ascensionis Christi refert, tra- 97
ditam ecclesiae certam & immutabilem formam doctrinae monumentis
Propheticiis & Apostolicis comprehensam, ne amplius puerorum instar
fluctuemus & circumferamur quouis vento doctrinae per nubes homi-
num, &c. Ephes. 4.

XX. Procul igitur ex agro & finibus ecclesiae pellantur impie
& profanae voces satellitum aulae Romanae, sacrosanctam scripturam,
cum obscuritatis numeris Platonicis & anigmatis sphingis propria-
rum ambiguitatis & perplexitatis, τοῖς ἀμφιλόγεσι oraculis Delphicis
olim usitatæ, insimulantium, ideoq; naso cereo (censur. colen. 117.) &
regulæ ædificationis Lesbiae (pigh. lib. 1. c. 4.) comparantium, ut
quæ nullam certam & immotam sententiam contineat, sed interpreta-
tionum commentis in quamvis sententiā flecti & detorqueri possit, ideoq;
traditionum Apostolicarum, patrum & conciliorum ecclesiae, præser-
tim posteriorum & prælatorum quouis tempore, maxime ecclesiae Ro-
manæ, velut Areopagitarum Pseudocatholicorum interpretatione ca- Thyræ. par. 3.
rere nequeat, cuiusmodi flosculis & emblematis sacra scriptura hæte- Thes. 15, di-
nus ornata fuit à multis conductitijs aulae Romanae oratoribus, decreto- spitationis
rum Tridentinorum propugnatoribus. de potestate
ecclesiastica,

XXI. Deniq; propter efficaciam, religiosa pietas, in rebus fidei, Bellarm. de
ad expressum volumen libri seu epistolæ, ab omnipotente creatore ad crea- verbo Dei,
turam suam missa & stilo seu calamo scribæ velocis, dígito Dei, Spiritu lib. 3, c. 3. 6.
sancto, per Prophetas & Apostolos Dei amanuenses fidelissimos, conscri- V. Discrimē.
ptæ & exaratæ, nos alligat, quia hæc ipsa scriptura ministerium
(2. Cor. 3.) & vehiculum Spiritus sancti est, secundum Ambrosium,
seu medium illuminationis diuinae, seu fidei accendendæ, cumq; hac con-
iuncta consolationis, iustitiae, vita & salutis aeternæ, Ezech. 3. Iohan. 5.
17. Rom. 1. & 15. 1. Cor. 3. 2. Tim. 3. Ebræ. 4.

XXII. Toto igitur peccatore detestandæ execrandæ sunt voces
blasphemæ Spiritus mendacijs, dominantis in regno Christi, quibus sacra
scriptura litera mortua & ociosa, immo occidens à Petro à Soto, verbum
atramentarium & Euangeliū nigrum ab Eccio, item elementum ege-

98. num ab Hosio, per scurrilem calumniam appellatur, quibusq; perhibe-
betur, scripturam ornatus & vilitatis causa magis, quam necessitatis
editam esse, eamq; de bene esse regiminis ecclesiastici potius, quam de es-
sentiā ecclesiae esse, item imperfectioribus potius quam sapientioribus &
parioribus necessariam esse, ut verbis Cusani Cardinalis utamur, itemq;
ab Evangelico spiritu alienissimum esse, soli scriptura attentum esse, &
verbum tanio dignius Deo tradi, quanio remotius ab omni scriptura
tradatur, secundum ἀστού, deniq; religionem Christianam nequa-
quam ἔγγεα Φορ διδασκαλίαν, qualis Iudaica fuerit, sed χροματο
διδασκαλίαν ήγι ανθεματουγιαν appellandam, secundum Linda-
num lib. I. ταῦτα. II.

XXIII. Quæ quantum à furoribus Anabaptistarum, Enthusi-
astarum, Suenk feldianorum & similiū fanaticorum spiritum dif-
ferant, ut homines à scripto verbo abducant, palam affirmantium, De-
um cogitatione verbi scripti nequaquam efficacem esse, immo scriptura le-
ctores, tanquam creature nimium addictos (quæ verba Hosio de ex-
presso verbo, cum Suenk feldianis communia sunt) aperte damnantium
& Dei ex calo vocem, aut illuminationes afflatus seu raptus diuinos, ex-
tra scriptum verbum, immediate expectari iubentium, quibus omnis
doctrina & consolationis diuinæ certitudo prorsus euertitur, & vera
fides, veraq; illius exercitia penitus extinguntur, p̄is indicandum re-
linquimus.

VII. Discri-
men.

XXIV. Ex quibus omnibus recte colligitur & firmiter con-
cluditur, Solam sacram scripturam quemadmodum sui ipsius interpre-
tationum: ita de religione controversiarum omnium indicem ἀντίθε-
των ήγι ἀεντίλητον esse, cuius solius iudicio in omnibus certaminibus,
standum cadendumq; sit ecclesiae, quæq; nullius concilij, nullius ecclesiae,
sive uniuersalis, sive particularis iudicio & censura subiecta sit: (salua
tamen distinctione librorum canonicorum & apocryphorum, perpetuo
orthodoxæ ecclesiae consensu comprobata) Contra vero Ecclesiam Christi
legitime decisionis controversiarum & genuinae interpretationis scri-
pturae, ex illa ipsa petendæ, testem tantum esse, & non nisi, quatenus hoc
ipsum

ipsum iudicium scripturae, bona fide & sine sophistica exercet, iudicem
visibilem dici posse, multo vero minus, eandem autoritate condendi no-
nos articulos fidei, vel mutandi scripturam Prophetarum vel Aposto-
lorum armatam esse, secundum dicta: Ad legem & ad testimonium.
Habent Mosen & Prophetas. Scrutamini scripturas. Si quis erit godi-
datu[m] a[n]t[er]na[m], is inflatus est, nihil sciens, &c. 1. Tim. 6. Si manseritis in ser-
mone meo, cognoscetis veritatem, Iohann. 8. Sit prophetia fidei analoga,
Rom. 12. Sermo mens indicabit eot, Iohann. 12.

XXV. Hinc Christus veritas ipsa doctrinam suam testimonijs
scripturae Propheticæ communire & responsiones ad questiones sibi pro-
positas, non nisi ex scriptura petere consuevit: Quomodo, inquiens, scri-
ptum est? An non legistis? Sic scriptum est. Erratis ignorantis scri-
pturas. Maxime vero cum Satana & illius organis, hostibus verita-
tis, non nisi scriptura wāvōn kia indutus congreditur, Matth. 4. & 22.

XXVI. Quid? Quod aeternus pater ipse de cœlo, de filio suo te-
staturus, eandem ad rem scripturae autoritate uti non erubescit: Hic
est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, hunc audite, Psal. 2.
Esa. 42. Deuter. 18.

XXVII. Quæ tam Patris quam Filij exempla sequentes Apo-
stoli, eodem modo doctrinam suam sacrae scripture testimonijs accurate
passim confirmant, dicentes: sicut scriptum est. Dicit enim Scriptura,
Ut impleretur scripture.


XXVIII. Hinc Stephanus auctor. 7. Philippus aet. 8. Petrus aet. 1. 2.
3. 4. 10. 15. Jacob. 15. Paulus licet à Domino ipso in tertio cœlo institutus,
aet. 13. 17. 20. 26. 28. Et passim in epistolis suis, item Apollo duovaris ὡνεύ-
ταις ζεαφῶν auctor. 18. Imò celeberrima synodus Apostolorum ipsa a-
ctor. 15. doctrinam euangelij autoritate solius scripture Propheticæ tu-
entur & confirmant, hostes errorum commununt, & grauissimas contro-
uerbias dirimunt & componunt, tantum abest, ut de his simpliciter pro
autoritate aut suffragiorum multitudine, sine expressis scripture testi-
monijs, sententiam pronuncient, à uoto uulnus nq̄ à uoto eato in m̄s,

100. ut sit in regno pontificio. Et memorabile est dictum D. Petri apud Cle-
meniem: ἐδέψατες χριστὸν λέγομεν.

VII. Discri-
men.

XXIX. Ex quo rursus optima consequentia infertur, cum scri-
piura iudicis, ecclesia vero testis partes tantum sustineat, cum in inter-
pretatione scripturæ, tum controversiarum de dogmatibus dijudica-
tione, iudicis autem, omnium saniorum iudicio, maior sit omnino
quam testis dignitas, maiorem quoq; scripturæ quam ecclesia autorita-
tem esse, & hanc ab illa, non illam ab hac autoritatem suam velut mu-
tuando accipere, qua in parte præter immotam sententiam Apostoli: Si
angelus de cœlo, &c. item, Extructi estis super fundamenum, &c. Eph.
2. ad communem & unanimem totius orthodoxæ antiquitatis, tam la-
tine quam Græce, consensum optima conscientia prouocamus.

XXX. Nemo igitur tam furiosus esse potest, nisi fascinatus à
Satana, qui blasphemas & fulmine dignas voces in sacram scripturam
enomere ausit: Sacram scripturam esse materiam luis, non vocem iudi-
cias, auditam in colloquio Vuermatiensi, anno 57. & testis quam iu-
dicis nomen potius mereri, secundum Alphonsum, solas autem traditio-
nes non scriptas certissimum fidei fundamentum esse, secundum Petrum
à Soto, quem defendit Lindanus in libris *avaronicias*, easdem traditiones
similiter fundamentū fidei firmissimum, sacram anchoram, clipeum A-
iacis & dogmatum Lydium lapidem appellans aliquoties, item solam
ecclesiam esse iudicem irreprehensibilem omnium tam de religione di-
putationum, quam scripturæ interpretationum, & quidem non omni-
um temporum ecclesiam, sed illam, in qua pontifex Romanus emineat, &
principatum teneat, una cum episcopis, qui tunc sunt, & hoc modo nec
aliter, omnibus seculis, controversias in ecclesia compositas esse, quam iu-
dicio scil. pontificis Romani & episcoporum qui tunc erant, cuiusmodi
voces sparsæ passim non modo leguntur in iure canonico, indeq; sapissime
repetitæ ab antagonistis Lutheri & Philippi, tandem stabilitate autori-
tate concilij Tridentini Sess. IIII. & alibi, sed hodie ad rauim & nau-
seam usq; nobis inculcantur etiamnum, ab eiusdem synodi patronis, Ca-
nicio in opere catechetico, Hungero de interpretatione Scripturæ thesi
75. & 76. Bellarm. de verbo Dei non scripto lib. 3. c. 3. 6. 10. Thyrae-
disputa-



disputationis de potestate ecclesiastica parte 3. thesi. 15. & multis alijs 101.
aulæ Romanae parasitis, Antichristi magni emissarijs.

XXXI. Tacemus, proprie impietatem non minus, quam Tyrannidem immanem & barbariem extremam, quam spirant, odio execratione q̄ piorum omnium dignissimas voces, quibus ecclesiæ autoritas scripturæ autoritati usq; adeo præfertur, ut deserente scripturam ecclesiæ autoritate, non plus illa valere prohibeatur, quam fabella Aesopicæ (horresco referens) secundum Wolfgangum Hermannum, teste Sledano lib. 25. imò manifestam delirij speciem habere, secundum Lindanum lib. 3. wav. c. 7. & scripta Apostolorum fidei non præesse, sed subesse, que est Pighij de hierarchia ecclesiastica & similes. Sed non est nostri instituti de interpretatione Scripturæ, de iudicij & scriptoribus ecclesiasticis, & de eorundem autoritate, de perpetuo ecclesiæ consensu aut longi temporis consuetudine, de librorum sacrorum discrimine & id genus alijs cognatis capitibus, integrum nunc doctrinam proponere.

XXXII. Ex eodem fonte doctrina de Scriptura porrò hæc quoque duo promanat, quasi ὡρίσματα, Vnum, Lectionem sacrae Scripturæ pertinere sine exceptione & discrimine ad ciues ecclesiæ pariter omnes, id quod perspicue testantur, cum mandata diuina generalia, tum promissiones vel uniuersales vel indefinitæ. Mandata. Scrutaminis Scripturas. Habent Mosen & Prophetas. Acues ea filijs tuis. Docete filios Israël. Rectè facitis attendentes scripture Prophetica. Oues mee vocem meam audiunt & sequuntur, non alienam. Sermo Dei habaret in vobis ἀλεξις. Vbi Chrysostomus: Audite quotquot seculares estis, ut uxori ac liberis legendæ scripture autores sitis. Et Hieronymus: Hic ostenditur, verbum Dei etiam laicos habere debere, non sufficienter tantum, sed abundanter etiam.

Promissiones, Beatus qui meditatur in lege, &c. Beati qui scrutantur testimonia eius. Beati qui audiunt & custodiunt verbum Dei. Deus vult omnes ad agnitionem veritatis peruenire.

XXXIII. Alterum ὡρίσμα. Quanquam translationes sacerorum librorū dextre & concinna in alia linguarū genera, magno
B. 3
sue

VIII. Di-
scrimen.

102. sui sint ecclesiae: inter quas apud nos, merito palmam obtinet Germanicae reuerendi patris Lutheri translatio, non tam versionis quam commentarij luculentij nomine dignissima: Nequaquam tamen versionitus tanquam riuiulis, omnium vero minime veteri & vulgata versione latine ubique inhaerendum esse, utpote lacunae & cisternae sordidae & impurae, sed aqua vitæ ex limpidissimis & saluberrimis fontibus Israëlis, seu sermone Ebraeo & Græco hauriendam esse, quemadmodum docet eruditus & granis de usu linguarum disputatio Paulina, 1. Cor. 14. cui opus est Canon VI. distinct. IX. in decreto Gratiani: ut veterum librorum fides, de Ebrais voluminibus examinanda est: ita nouerum Græci sermonis normam desiderat, Et multa insignia sanctorum patrum testimonia.

XXXIII. Cum S. Polycarpo igitur propris omnibus obturandæ aures ad voces Papicolarum ab omni pietate Christiana abhorrentes, præsertim architectorum censuræ coloniensis anno 60. editæ, quibus lectio sacrorum librorum Laicis, ut vocant, non modo negare, utilis negare, necessaria, sed etiam perniciosa proclamatur, usque adeò, ut nisi laicis eadem interdicatur, religionem saluam manere posse, desperandum sit, atque ideo ne sacra scriptura in cuiusque gentis lingua vernacula transfundatur, edictis cauendum esse statuatur.

XXXV. Perinde atque diris denouendum sanguine scriptum decretum Sess. IIII. imperii concilij Tridentini, quo sola versio vulgata vetus latina, licet multis in locis obscura & mendosa, tanquam authentica & omnium exercitiorum ecclesiasticerum scholasticorumque regula exactissima, retinenda & sequenda decernitur, sineulla exceptione, fontium sive Ebraeorum sive Græcorum, tanquam multis in locis turbidorum, iustificatione, à quibusdam patronorum synodi Tridentinæ prorsus prohibita à quibusdam vero tantum certis in casibus, velut per dispensationem, concessa, sicut scripta eorum restantur.

Dominus

Dominus noster IESVS CHRISTVS, verus dexter apud nos 103.
¶ id est, omnis scripture Deorum & autor & unicus Ecclesiae
sue bibliothecarius, sacra virtusq; instrumenti seu testamenti
monimenta ab omni corruptelarum iniuria tutam sartateq; ipse
clementer praestet perpetuo, eorundemq; autoritatem, contra o-
mnes traditiuncularum non scriptarum patronos, scripture hostes
acerrimos, constanter afferat, nosq; omnes in eorundem vero intel-
lectu firmiter tuendo sanctificet, & à gloria in gloriam subinde
deducat, donec aliquando remotis hisce sacrae scripture inuolucris
& fascijs, coram illum in omni aeternitate, facie ad faciem intue-
amur & nobiscum suauissimos sermones ore ad os conferentem
palam audiamus & celebremus. Qui est cum Patre &
S. sancto Deus unus, benedictus in secula secu-
lorum, AMEN.



104.

Aug VI 46(1)

ULB Halle
003 143 333



3

88-

Ribes

VS 17



Farbkarte #13

B.I.G.



II.

C A P I T A

Ostendentia discrimen doctrinæ veræ
& falsæ Ecclesiæ.

DE SACRA SCRIPTVRA
E I V S Q V E A V T O-
R I T A T E.

Proposita in disputationem publicam

A'

Z A C H A R I A S C H I L T E R O
S. Theologiæ Doctore & Professore.

In inclita Academia Lipsensi.

Ad diem Mensis Augusti XVI.

Anno nati CHRISTI M. D. LXXXVIII.



L I P S I A E,

Excudebat Abraham Lambærg.

